

# The Holy Rosary in Latin

<b>Signum Crucis</b> (Sign of the Cross)	In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti. Amen.
<b>Symbolum Apostolorum</b> (Apostles Creed)	Credo in Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Iesum Christum, Fílium eius únicum, Dóminum nostrum, qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus, descéndit ad ínfernos, tértia die resurréxit a mórtuis, ascéndit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis, inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos. / Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, sanctorum communiónem, remissiónem peccatórum, carnis resurrectiόnem, vitam ætérnam. Amen.
<b>Pater Noster</b> (Our Father)	Pater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. / Panem nostrum quotidiánum da nobis hódie, et dimítte nobis débíta nostra sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem, sed líbera nos a malo. Amen.
<b>Ave Maria</b> (Hail Mary)	Ave María, grátia plena, Dóminus tecum. Benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui, Iesus. / Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc, et in hora mortis nostræ. Amen.
<b>Doxologia Minor</b> (Glory Be)	Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto. / Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.
<b>Oratio Fatima</b> (Fatima Prayer)	O mi Iesu, dimitte nobis débíta nostra, libera nos ab ígne inférni, conduc in caelum omnes animas, praesáertim illas quae máxime indigent misericordia tua.
<b>Salve Regina</b> (Hail Holy Queen)	Salve Regína, Mater misericórdiæ; Vita dulcédo, et spes nostra, salve. Ad te Clamámus éxsules filii Evæ; Ad te Suspirámus, geméntes et flentes in hac lacrimárum valle. Eia ergo, Advocáta nostra, Illos tuos misericórdes óculos ad nos convérte: Et Iesum, benedíctum fructum ventris tui, Nobis post hoc exsílíum osténde. O clemens, o pia, o dulcis Virgo María. V/. Ora pro nobis, Sancta Dei Génatrix. R/. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.
<b>Ratio ad Finem Rosarii Dicenda</b> (Prayer at the end of the Rosary)	Orémus: Déus, cújus Unigénitus per vítam, mórtem et resurrectiόnem súam nóbis salútis ætérnæ præmiá comparávit: concéde, quæsumus: ut hæc mystéria sacratíssimo beátæ Mariæ Vírginis Rosário recoléntes, et imitémur quod cóntinent, et quod promíttunt, assequámur. Per eúndem Chrístum Dóminum nóstrum. Amen.
<b>Oratio ad Sanctum Michael</b> (Prayer to St. Michael)	Sáncte Mícheal Archángele, defende nos in proélio, cóntra nequítiam et insídias diaboli ésto præsídiúm. Ímperet illi Déus, súpplices deprecámur: tuque, prínceps militiæ cælestis, Sátanam aliósque spíritus malignos, qui ad perditionem animárum pervagántur in mún-do, divína virtúte, in inférnum detrúde. Ámen.
(Most Sacred Heart of Jesus / have Mercy on us)	Cor Jesu Sacratíssimum / miserere nobis.